Doktordiplom der Universität Freiburg/Br., 31. Oktober 1825, für Hannibal Schlegel (alte Abschrift)



Nos Prorector Decani et Profeſſores
in alma et Perantiqua magni Ducatus Badensis Universitate Alberto Ludoviciana Lectori benevolo Salutem.

Laudabile majorum nostrorum eſt, eos, qui saluberrimis studiis atque artibus sese consecrarunt, ſpeciminibus eruditionis et peritiæ in examinibus rigorosis prius exhibitis, Laurea doctorali insignire.

Cum igitur praenobilis ac doctiſsimus Dominus Franciscus Hañibal Schlegel Trisenberga in Principatu Lichtenstein oriundus, exantlatis Philosophiæ et Medicinæ ſtudiis, petiiſset a nobis, ut eum ex doctrina medica tentaremus, editis que ſpeciminibus dictis ad Gradum Doctoris Medicinæ promoveremus: æquiſsimis his precibus deferentes, ipsum ex universa Medicina et quidem die XXII. Octobris anni infra notati e theoria, subsequente vero die XXIV. e Scientiæ pronominatæ praxi rigorose examinavimus. Desuper ipsi injunximus, ut diſſertationis loco more apud nos consueto in hujate nosocomio unum alterumve ægrum publice examinaret, ejus morbum definiret ſymptomata et causas describeret, diagnosin, prognosin medicationesque curatorias constitueret, curam ad exitum morbi usque perduceret, ac demum ejus historiam litteris mandatam nobis dijudicandam daret.

Itaque cum in omnibus his tentaminibus præclara eruditionis et ſcientiæ medicæ exhibuiſset specimina, pratereaque Medicinæ practicæ peritiam abunde probasset, eum plane dignum judicavimus, cui summum Doctoris Medicinæ Gradum decerneremus.

Quapropter Autoritate et Auspiciis Reg. Cels. Magni Badarum Ducis et Principis nostri Ludovici eundem praenobilem ac doctiſsimum Dominum Franciscum Josephum Hanibalem Schlegel in conspectu virorum academicorum conseſsu die XXXI. Octobris anno MDCCCXXV. Medicinæ Doctorem publice pronunciavimus, ipsumque omnium jurium